

Martinus Knoeff orationem Ciceronis pro lege Manilia  
 Wolfgangus Syboth metheora Pontani  
 Martinus Heybaldus dialecticam Sarcerii  
 Martinus Wagner paradoxa Ciceronis.

C 190. Cum forte nunquam in facultate nostra usuvenerit, quod in decani novi electione nullus prorsus praesens et actu regens alicuius nationis in facultate magister adesset, in praesentiarum, quando Misnenses propter negotia quaedam expedienda fortasse hinc profecti sint, et tamen statutum decanum a tribus nationibus eligendum esse praescribat, concordibus et unanimis tandem senatorum facultatis artium suffragiis decretum est tres illas nationes, utpote Saxones, Bavaros et Polonos, ex aequo ad tertium executorem, qui Misnensis munere fungeretur, sorte eligendum admittendas esse, quod et factum est. Et licet Poloni, ex quorum coetu tunc temporis decanus eligendus esset, non admitti ex vi statuti, ut quibusdam videbatur, debere, tamen propter lites et simultates, quae inde, si negligenter ac praeterirentur, expulare et suboriri possent, evitandas ad sortem fortunamque experiendam admissi sunt, adeo ut in Polonum etiam sors ipsa ceciderit.

Et licet plura fuissent inscribenda, quae sub hoc meo magistratu acta et conclusa sunt, tamen propter odia, quibus quaedam causae quasi refertae erant, et alias causas omittenda ipsa esse censuimus. Sit deo laus et gloria. \*

### 1539 Wintersemester. 261. Decan Jacob Lohetgehen von Lüben.

N 90.  
C 190. Decanatus<sup>1)</sup> magistri Iacobi Lohetgehen Lobensis Polonicae nationis. Anno a Christo, humani generis redemptore nato, millesimo quingentesimo trigesimo nono Oct. 11. die Saturni ante divi Galli ferias<sup>2)</sup> magister Iacobus Lohetgehen Lobensis Polonicae nationis concordii suffragio electorum suorum electus fuit in decanum facultatis artium, sub cuius decanatu electi fuerunt officiales magistri subscripti:

C 191. Executores mgr. { Henningus Pirgallus Saxo<sup>3)</sup>  
 { Udalricus Steydlerus Bavarus<sup>3)</sup>.

\* Donatus Zolner Polonus, qui in absentis Misnensis locum sorte successit. \*

Clavigeri mgr. { Henningus Pirgallus  
 { Christophorus Montagk  
 { Iacobus Lohetgehen Lobensis decanus.

\* Praelectores publici per senatum theologicum facultatemque arcium constituti:

metaphysices	} prelector magister	Christophorus Montagk
physices		Christophorus a Zelevitz
moralis philosophic		Iohannes Girswalt
novae logices		Paulus Bussinus
veteris artis [1]		Bartholomeus
librorum de anima		Iohannes Sprembergk
problematum		Christianus Pistoris

<sup>1)</sup> Die Ueberschrift fehlt in N. <sup>2)</sup> Dazu C: quae erat xvi. Octobris. <sup>3)</sup> Fehlt in N.